Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26028
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Assit in principio S. M. virgo
Tractatus engelberti abbatis

Capitula prime in Tractatu
de gratia saluacionis et iusticia
dampnacionis hominum:-
Capitulum primum :

In quo proponitur questio et racio dubita
tionis ipsius
explanacio et exemplificacio proposite
questionis
De primi hominis condicione et de iusticia
originali
De peccato originali et quare transsiunt
ab adam in omnes
De pena dampni que debetur peccato originali
Dare et qualiter peccatum originale tollitur
per fidem et baptismum
vare ignorancia non excuset eos qui
fidem numquam audiuerunt
Duplici racione quare non sint excusati
qui fidem non audierunt
Quod vni dare graciam et alteri non dare
non est iniquum apud deum
De ordine quo procedit saluacio electorum
et dampnacio reproborum
Confirmacio eius quod deus hunc saluando
hunc vero dampnando non est iniustus
Exhortacio mentis ad graciam et per eam
ad gloriam
Quod adam non peccante omnes ho
mines fuissent saluati et eo peccante
saluantur paucis ... pauci

Hic Incipit prohemium in Trac
tatum de gratia saluacionis et iusticia
dampnacionis hominum

Indica michi si nosti omnia
in qua via habitet lux et
tenebrarum quis locus est ut ducas
vnumquodque ad terminum suum. Job xxxviii.
capitulo Quia ut dicit Glo. super illud
psalmi Quam bonus israel deus hiis qui recto
sunt corde etc. Pusillis et ipse deus pusillus
esse videtur se tenebris quod in pulcherrima
iusticia dei de sua dampnatione et
humana generis saluacione scandalizantur
etc. Nunc contingit et homines quosdam
quasi admirando quosdam vero quasi
fere murmurando dubitando quare
quidam hominum dampnentur quidam vero
saluentur cum dicat Aug. super illud psalmi
In circuitu eius tabernaculum eius et cetera deus
qui vult omnes homines saluos fieri ut
dicitur i. ad Tymotheum ii. eque faueat omnibus
ad salutem ¶ Cuique talibus dubitantibus
et querentibus respondendo dicitur quod sola
et vera fides christiana cum operibus suis
secutis est via perducens ad salutem
iuxta illud anastasii in symbolo.
Hec est fides katholica quam nisi quisque
fideliter firmiterque crediderit saluus
esse non poterit et ex hoc per inde quicumque
ambulauerit in hac via fidei christiane
in hac vita saluus erit Qui vero
hoc non fecerit in eternum peribit Cum
aliqui non contenti hac responsione pro
fundioribus dubitacionibus se mergunt
querendo Quid ergo de illis fiat et
qua racione illi dampnentur qui fidem
katholicam numquam audierunt nec de ipsa
aliquid perceperunt ¶ Solent eciam alii
sepius dubitare Cum inter illos
qui fidem predicatam et audiuerunt
quidam non receperunt fidem quidam vero rece
perunt quare quidam in fide finaliter perma
serunt alii vero a fide discesserunt
quorum quidam in infidelitate finaliter